



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XIX. De cognitione animæ separatae. Et habet articu. duos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

pio suæ natiuitatis non est in eis tanta humiditatis F abundancia, quæ multum actus sensuum interiorũ impediatur: homo autem naturaliter est temperatæ complexionis, & oportet quod in eo abundet calidum, & humidum. & ideo in principio suæ generationis oportet, quod proportionaliter in eo maior humiditas inueniatur. In omnibus.n. generationibus animalium, & plantarum principium ab humore sumitur.

AD SEPTIMUM dicendum, quod corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, non solum per impotentiam: sed per resistentiam, & obnubilationem. Sed corpus hominis in statu innocentie impediatur actus animæ solum propter imperfectionem virtutis, vel dispositionis.

QVÆSTIO XIX.

De cognitione animæ post mortem.

In duos articulos diuisa.

¶ Primo, utrum aia post mortem possit intelligere.

¶ Secundo, utrum anima separata possit cognoscere singularia.

ARTICVLVS PRIMVS.

Primum anima post mortem possit intelligere.

1. p. q. 89. a. 1



VÆSTIO Est de cognitione animæ post mortem, & primo queritur utrum anima post mortem possit intelligere.

Et vsq̃ non. Nulla.n. operatio cõs animæ, & corpori potest remanere in anima post mortem: sed intelligere est operatio animæ corporique communis. dicit.n. Philosoph. in 1. de Anima, quod qui dicit animam intelligere, simile est ac si dicatur eam texere vel edificare. ergo anima post mortem non potest intelligere. Sed dicendum, quod Philosophus loquitur de actu intelligendi, qui competit animæ secundum statum inferiorum: non autem de illo, qui sibi competit secundum superiorem statum.

C6. 64. to. 2.

¶ 2 Contra, status superior animæ est secundum quem ad diuina conuertitur: sed homo cum aliquid intelligit ex diuina reuelatione, suum intelligere dependet a corpore: quia oportet, quod intelligere sit per conuersionem ad phantasmata, que in organo corporali sunt: vt.n. dicit Dion. 1. c. Cœli. Hierat. impossibile est alter nobis lucere diuinum radium, nisi varietate factorum velaminum circumuelatum, & appellat velamina ipsas corporales formas, sub quibus spiritalia reuelantur. ergo intelligere, quod competit animæ secundum superiorem statum a corpore dependet, & sic nullo modo intelligere post mortem in anima manet.

Parum ante medium.

Glo. interlinearis ibi super illud, ne que habent vltra mercedem.

¶ 3 Præter. Eccl. 9. dicitur viuentes sciunt se esse mortuos: mortui vero non nouerunt amplius. glossa quæ non proficiunt amplius. ergo vsq̃ quod anima post mortem vel nihil cognoscat, si temporaliter sumatur ly amplius, vel quod saltem nihil possit intelligere eorum, quæ prius non intellexit, sic enim proficeret, quod est contra glossam.

C6. 39. to. 1.

¶ 4 Præter. Secundum Philosoph. in 3. de Anima, sicut se habet sensus ad sensibilia, sic se habet intellectus ad phantasmata: sed sensus nihil potest sentire nisi sensibilia ei represententur. ergo nec anima humana aliquid potest intelligere, nisi represententur ei phantasmata: sed non representantur ei post mortem, quia illa non representantur, nisi in aliquo organo corporali. ergo aia post mortem non potest intelligere.

Sed dicendum, quod Philosophus loquitur de anima secundum statum, quo est in corpore.

¶ 5 Sed contra, obiectum potentie determinatur secundum naturam ipsius potentie: sed eadem est natura animæ intellectiue ante mortem, & post. ergo si anima intellectiua ante mortem ordinatur ad phantasmata sicut ad obiecta, videtur quod etiam post mortem, & sic idem, quod prius.

¶ 6 Præter. Anima non potest intelligere, si ab ea potentia intellectiua remoueatur: sed post mortem potentia intellectiua, scilicet intellectus agens, & potestibilis non manent in anima. huiusmodi enim potentie competunt ei per unionem ad corpus: si enim non esset vnita corpori non haberet huiusmodi potentias: sicut nec angelus habet. ergo anima post mortem non potest intelligere.

¶ 7 Præter. Philosophus dicit in 1. de Anima, quod intelligere corrumpit quodam interius corruptio: illud autem interius de quo Philosophus loquitur, corrumpitur in morte. ergo intelligere post mortem non est.

¶ 8 Præter. Si aia post mortem intelligit, oportet quod intelligat per aliquam potentiam: quia omne quod agit, agit per potentiam actiua: & quod patitur, per potentiam passiuam. aut igitur per eandem potentiam quæ habuit in via, aut per aliam: si per aliam, tunc videtur quod quando a corpore separatur, nouæ potentie ei aggenerantur, quod non videtur esse probabile. Si autem per eandem, hoc iterum non videtur, cum potentia quas habet infini ei ex ratione vnionis ad corpus, quæ quidem vnio in morte cessat. ergo anima post mortem intelligere non potest.

¶ 9 Præter. Si potentia intellectiua in ipsa maneat, tunc manet solum secundum, quod fundatur in substantia animæ: aut si in quod comparatur ad actum, sed non in quod fundatur in substantia: quia si solum sic remaneret, tunc non posset intelligere aliud nisi se, nec iterum in quod comparatur ad actum: quia secundum quod comparatur ad actum, perficitur per habitus quos in corpore acquisiuit, qui quidem habitus a corpore dependent. ergo videtur, quod potentia intellectiua post mortem non remanet, & sic anima post mortem non intelligit.

¶ 10 Præter. Omne quod intelligitur, vel intelligitur per essentiam rei intelligentis, vel per essentiam rei intellectæ, vel per similitudinem rei intellectæ in intelligente existentem: sed non potest dici anima intelligat res solum per essentiam ipsius rei intellectæ, quia sic non intelligeret, nisi seipsum, & habitus, & alia quorum essentia præsentialiter sunt in ipsa. Similiter non potest dici, quod intelligat solum per essentiam sui intelligentis: quia si sic intelligeret alia a se, oporteret quod essentia sua esset exemplar aliarum rerum, sicut essentia diuina est exemplar omnium rerum, ratione cuius Deus intelligendo essentiam suam omnia alia intelligit: quod de anima dici non potest. similiter nec per similitudines rerum intellectarum in anima existentium: quia maxime videretur, quod intelligeret per species quas in corpore acquisiuit. nec potest dici, quod per eas solum intelligat: quia sic animæ puriorum, quæ nihil a sensibus acceperunt, nihil post mortem intelligerent. Ergo videtur, quod anima nullo modo post mortem possit intelligere. Si dicatur, quod cognoscat per species increatas:

¶ 11 Contra, quicquid est anima concreatam equaliter cõpetit ei existenti in corpore, & a corpore separata. si igitur animæ humanæ cõcreata sunt species, quibus

quibus cognoscere possit, cognoscere per hmōi non solum competit ei postquam est a corpore separata, sed dum est in corpore, & sic videtur, quod superflueret species quas a rebus accipit. Si autem dicatur, q̄ dum est coniuncta corpori, impeditur a corpore, ne eis vti possit.

¶ 12 Contra. si corpus impedit vsum istarū specierum, aut hoc erit rōne corporeæ naturæ, aut rōne corruptionis: sed non rōne naturæ corporeæ, quia nullā habet contrarietate ad intellectum: nihil autē est natum impediti, nisi a suo contrario: similiter nec rōne corruptionis, quia sic in statu innocētiæ quando hmōi corruptio non erat, homo hmōi innatis speciebus vti potuisset, & sic sensibus non eguisset, quibus mediātibz a rebus anima species acciperet, quod v̄ esse falsum. ergo v̄ quod aia separata per species innatas non intelligat. Si autē dicatur, quod intelligit per species infusas.

¶ 13 Contra. huiusmodi species, vel sunt ei infusæ a Deo, vel ab angelo: sed non ab angelo, quia sic oporteret, q̄ huiusmodi species ab angelo in anima crearentur: similiter nec a Deo, quia non est p̄babile q̄ Deus infunderet dona sua existentibus in inferno, vnde sequeretur quod anima in inferno non intelligerent, & ita non videtur, quod p̄ species infusas anima separata intelligat.

¶ 14 Præ. Aug. in 10. de Trin. 5. cap. assignans modum, quo anima cognoscit, sic dicit. quia aia non secum p̄t introrsus tamquam in regionem incorporeæ naturæ ipsa corpora inferre, imagines eorū conuoluit, & rapit factas in semetipsa de semetipsa. dat enim eis formandis quiddam substantiæ suæ, seruat autem aliquid quo libere de specie talium imaginum iudicat, & hoc est magis mens, id est rationalis intelligentia, quæ seruat vt iudicat. Nam illas animæ partes, quæ corporalibus similitudinibus informantur cum bestijs nos cōes habere sentimus. In quibus verbis exprimit, quod iudicium animæ rōnalis est de imaginibus, quibus informantur potētiæ sensitivæ: sed hmōi imagines nō manent post mortem, cum sint receptæ in organo corporali. ergo nec anima rationalis iudicium, quod est eius intelligere post mortem remanet in anima.

SED CONTRA, secundum Damasc. nulla substantia destituitur propria operatione: sed propria operatione animæ rationalis est intelligere. ergo post mortem anima intelligit.

¶ 2 Præ. Sicut aliquid ex coniunctione ad corpus materiale redditur passiuum, ita per separationem ab eodem redditur actiuum: calidum enim, & agit, & patitur propter coniunctionem caloris ad materiam: si autem esset calor sine materia ageret, & nō pateretur: ergo & anima per separationem a corpore redditur omnino actiua: sed quod potētiæ animæ nō possunt per seipsas cognoscere sine exterioribus obiectis, hoc eis competit in quātū sunt passivæ. sicut Philosophus dicit de Sensu. 2. de Anima. ergo anima per separationem a corpore poterit per seipsam intelligere, non accipiendo ab aliquibus obiectis.

¶ 3 Præ. Aug. dicit in 9. de Trini. quod mens ipsa sicut corporearum rerum notitias p̄ sensus corporis colligit, sic rerū incorporearum p̄ semetipsam: sed ipsa semper sibi p̄sensens erit. ergo poterit ad minus intelligentiam habere de incorporeis rebus.

¶ 4 Præ. Vt ex auctoritate Aug. inducta apparet. s̄m hoc aia cognoscit res corporeas, q̄ earū imagines

conuoluit, & rapit in seipsa: sed hoc liberius h̄e poterit post liberationem à corpore, maximē cum hoc de semetipsa facere eam dicat Aug. in auctoritate inducta. ergo a corpore separata poterit melius intelligere.

¶ 5 Præ. In libro de Spiritu, & Anima dicitur, q̄ aia a corpore separata trahit secum suas potētiās: sed ratione suarum potētiarum dicitur cognoscitua. ergo post mortem cognoscere poterit.

RESPON. Dicendū, q̄ sicut dicit Philosophus in 1. de Anima, si nulla operationum ipsius aia est ei propria, vt. non posset eam sine corpore h̄e, impossibile est ipsam animā separati a corpore. Operatio. n. cuiuslibet rei est quasi finis eius cum sit optimum in ipsa. vnde sicut firmiter s̄m fidem catholicam sustinemus, quod anima post mortem remaneat a corpore separata, ita sustinere necesse est, q̄ sine corpore existens intelligere possit. Sed modū intelligendi difficile est considerare, eo quod necesse est ponere eam h̄e alium modum intelligendi, quam nunc habeat, cum nunc manifestē appareat, quod intelligere nō possit, nisi ad phāramata cōuertatur, quæ post mortem oīno non remanēt. Quidam n̄ dnt, quod sicut nunc a sensibilibus rebus species accipit mediātibz sensibus, ita tunc accipere poterit nullo sensu interueniente. Sed hoc v̄ impossibile, q̄ ab extremo in extremū nō fit trāsitus, nisi per media. Species autē in ipsa re sensibili, h̄e esse maximē materiale: in intellectu autē summe spirituale. vnde oportet, quod in hanc spirituitatem trāseat mediātibz quibusdam gradibus, v̄pote quia in sensu h̄e spirituius esse quā in re sensibili: in imaginatione autem adhuc spirituius quam in sensu, & sic deinceps ascendendo. Vnde alij dnt, quod per species rerū a sensibus acceptas, dum erat in corpore, & in ipsa aia cōseruatas post mortem intelligit. Sed hæc opinio a quibusdam sequentibus opinionem Auic. improbatur. Cum. n. aia intellectiua non v̄atur corporali organo rōne intellectus, nō p̄t aliquid esse in parte intellectiua aia, nisi in rōne intelligibilis. In virtutibus autē utentibus organo corporali p̄t aliquid cōseruari, nō in rōne intelligibilis: sed sicut quodā corporali subiecto, rōne cuius contingit, quod quædam potētiæ sensitivæ sunt, quæ non s̄p actu apprehendūt species, vel intētiōnes in se cōseruatas: sicut patet de imaginatione, & memoria. Et sic v̄, quod in parte intellectiua nihil cōseruetur, nisi quod actu apprehenditur, & sic nullo modo per species prius receptas a rebus, aia post mortē intelligere possit. Sed hoc non v̄ verum: quia omne quod recipitur in aliquo, recipitur in eo per modum recipientis. Cū autē substantia immaterialis h̄eat esse magis fixam, & stabilem, quam substantia corporea. in parte intellectiua recipientur sp̄s firmitus, & immobilis, quā in aliqua re materiali. Et quis recipiantur in ea s̄m rōne intelligibilis, non tū oportet, q̄ sp̄ intelligantur: quia nō s̄p sunt in ea in actu perfectō. nec in potentia pura: sed in actu incompleto, qui est medius inter potētiā, & actū, q̄ est esse aliquid habitualiter in intellectu. Vnde Philosophus vult, q̄ aia intellectiua sit locus specierū in 3. de Aia. v̄pote eas in se retinēs, & cōseruans. Sed tamē hmōi sp̄s receptæ prius, & cōseruatæ non sufficiunt ad cognitionem, quam necesse est ponere in aia separata, tum p̄p animas puerorum, tum p̄ hoc quod multa crunt cognita ab aia separata, quæ nunc nō cognoscūtur a nobis.

SED CONTRA, secundum Damasc. nulla substantia destituitur propria operatione: sed propria operatione animæ rationalis est intelligere. ergo post mortem anima intelligit.

¶ 2 Præ. Sicut aliquid ex coniunctione ad corpus materiale redditur passiuum, ita per separationem ab eodem redditur actiuum: calidum enim, & agit, & patitur propter coniunctionem caloris ad materiam: si autem esset calor sine materia ageret, & nō pateretur: ergo & anima per separationem a corpore redditur omnino actiua: sed quod potētiæ animæ nō possunt per seipsas cognoscere sine exterioribus obiectis, hoc eis competit in quātū sunt passivæ. sicut Philosophus dicit de Sensu. 2. de Anima. ergo anima per separationem a corpore poterit per seipsam intelligere, non accipiendo ab aliquibus obiectis.

¶ 3 Præ. Aug. dicit in 9. de Trini. quod mens ipsa sicut corporearum rerum notitias p̄ sensus corporis colligit, sic rerū incorporearum p̄ semetipsam: sed ipsa semper sibi p̄sensens erit. ergo poterit ad minus intelligentiam habere de incorporeis rebus.

¶ 4 Præ. Vt ex auctoritate Aug. inducta apparet. s̄m hoc aia cognoscit res corporeas, q̄ earū imagines

Vertical text in the left margin, including references like 'In arg. 3.', 'Cō. 13. tom.', 'Cō. 6. tom.', and 'Cō. 13. tom.'.

Vertical text on the far left edge of the page, including 'r de ani', 'eterm', 'fed ca', 'onē', 'm ord', 'detur qd', 's', 'ab ea po', 'ortē po', 's, & pol', 'im pōtē', 's̄m', 'o anima', 'qd inel', 'cor: illud', 'corrupt', 'non era', 'tet q̄ p̄', 'od agit', 'per potē', 'ui quā ha', 'videtur', 'potētiæ', 'robabile', 'detur, cū', 'tionis ad', 'ergo aia', 'meat. aut', 'in subtili', 'm: sed nō', 'olum sic', 'd n̄ h̄e', 'm: quia', 'est h̄ic', 'ui quā h̄e', 'quod', 'maneat', 'intelligē', 'essentiam', 'intellectū', 'dicit q̄', 'ipsum nō', 'ipiam, &', 'licet sint', 'elligat s̄', 'sic inrell', 'sua esset', 'anima est', 'Deus a', 'elligit, q̄', 'er trini', 'ntentio', 'per se', 'dicit q̄', 'uenerit', 'it mortē', 'illo mo', 'ur, quod', 'm equi', 'ore lepa', 'speciēs', 'ibus

bis, vt pœnæ inferni, & alia huiusmodi. Et ideo alij dicunt, quod anima separata quamuis a rebus non accipiat, habet tamen p̄tatem, vt seipsam rebus cognoscendis conformet apud rerum p̄sentiā. sicut videmus quod imaginatio aliquas formas cōponit ex seipsa, quas numquam per sensus accipit. sed hoc nō potest stare, quia impossibile est, quod sit idē aliquid, quod educat se de potentia in actū. Anima autē nostra est in potētia ad similitudines rerum, quibus cognoscit. Vnde oportet, quod efficiantur in actu non per ipsam animam: sed per aliquid quod habet illas similitudines in actu, uel per res ipsas, uel per Deum in quo sunt omnes formæ in actu, vnde nec imaginatio, aut intellectus aliquā formam componit de nouo, nisi ex aliquibus p̄existentibus sensibilibus: sicut componit formam montis aurei ex p̄existentibus sensibilibus auri, & montis. Et ideo alij dicunt, quod formæ quibus aia separata intelligit, sunt ei impressæ a Deo ab ipsa sui creatione, per quas s̄m quosdā, & nunc intelligimus: ita qđ per sensus non acquiruntur animæ nouæ species: sed tantummodo excitatur anima ad species quas in se habet inuendas, scđm quod platonici dixerunt, qui volebant qđ addiscere nihil aliud erat nisi reminisci: sed huic opinioni experientia contradicit. videmus. n. qđ qui caret vno sensu, caret vna scientia, vt pote carens visu nō pōt sciētiā h̄re de coloribus. Quod non esset, si aia non indigeret a sensibus accipere species, quibus cognoscatur. Scđm alios vero per has species cōcreatas, aia corpori coniuncta, nihil intelligit a corpore impedita: intelligit autē per eas a corpore separata, sed hoc durum ēt v̄t, vt per species, quæ naturaliter inditæ sunt aia totaliter a corpore impediuntur, cum tamen coniunctio corporis ad aiam non sit accidentalitatis aia: sed naturalis. Non. n. inuenimus duorum, quæ sunt naturalia uni rei, vnum esse totaliter alterius impedimentum, alias alterum esset frustra, dissonat etiā hæc positio ab opinione Philos. in 3. de Aia, qui comparat intellectum humane anime tabula, in qua nihil est scriptum. Et ideo aliter dicendum est, quod vnumquodque recipit influentiam a suo superiori per modum sui esse: esse autem aia rationali acquiritur quodam modo medio inter formas separatas, & materiales. Formæ. n. immateriales, s̄ angeli, recipiunt a Deo esse non depēdens ab aliqua materia, nec in aliqua materia. Formæ vero materiales esse a Deo accipiunt & in materia existens, & a materia dependens: quia sine materia conseruari non possunt. Anima vero acquirit esse in materia a Deo, in materia qđem existens, in quā tum est forma corporis, ac per hoc s̄m esse corpori vnita, non aut a corpore dependens: qđ esse aia sine corpore cōseruari pōt, & iō influentiā a Deo quodam modo medio recipit aia rōnalis inter angelos, & res materiales. Recipit. n. intellectuā lumen hoc modo, ut eius intellectuā cognitio h̄at ordinē ad corpus, in quā tum a corporeis potentijs accipit, & ad ea respicere h̄at in actu considerando, in quo inferior angelis inuenitur. Et tamē hoc lūmē non est corpori obligatum, ut eius operatio per organum corporeū impleat, in quo inuenit superior qđ materiali forma, quæ non operatur nisi operationē, cui cōiccat materia: sed qđ aia a corpore erit separata, sicut esse suum habebit nec a corpore dependēs, nec in corpore existēs, ita influentiā intellectuālis cognitionis recipiet, ut nec sit corpori

F obligata quasi per corpus exerceatur, nec omnino aliquem ordinem ad corpus habeat. Et ideo, quando aia primo creata corpori infunditur non datur ei aliquid de intellectuāli cognitione, nisi per ordinē ad corporeas potentias, vt pote quod per intellectum agentē possit facere phantasmata intelligibilia in actu, quæ sunt potentia intelligibilia, & per intellectū possibile recipere species intelligibiles sic abstractas. Et inde est, qđ quādiu habet esse cōiunctum corpori in statu huius vie, nō cognoscit illa, quorum species in ipsa cōseruant, nisi inspicendo ad phantasmata. Et pp hoc nec reuelatiōes ei aliquæ diuinitus fiunt sub speciebus phantasmatum, nec ipsas substantias separatas intelligere pōt, vt pote que sufficienter p̄ sensibilia species cognoscit nō possunt: sed quādo habebit esse a corpore ablatum, tunc recipiet influentiā intellectuālis cognitionis hoc mō, quo angeli recipiunt sine aliquo ordine ad corpus, vt. s. species rerū ab ipso Deo recipiunt, oportet ad intelligēdum in actu p̄ has species, vt per eas, quas prius acquisiuit ad aia phantasmata cōueriti: poterit tibi hominis ipsas substantias separatas, s̄ angelos, uel demones naturalis cognitione videre: quæ prius acquisiuit ad aia phantasmata non conceditur sine gratia. Ex quibus colligitur, quod aia post mortem tribus modis intelligit, vno modo p̄ species quas recepit a rebus dum erat in corpore: alio mō per species in ipsa sua separatione a corpore sibi diuinitus infusas: tertio mō vidēdo substantias separatas, & in eis species rerū intuetudo: sed hoc vltimum non subsistet eius arbitrio: sed magis arbitrio substantiā separata, quæ sibi intelligentiā aperit loquendo, & elaudat tacendo, quæ quidem locutio, qualis sit alibi dictum est.

AD PRIMUM ergo dicendū, qđ operatio intellectus, quæ est cōis anima, & corpori, est operatio modo anime intellectuālis competit in ordine ad corporeas potentias siue hoc accipiat per superiorem partem anime, siue secundum inferiorem: sed post mortem habebit anima a corpore separata operationem, quæ nec fiet per organum corporeale, nec aliquem ordinem habebit ad corpus.

Et per hoc patet solutio ad secundum.

AD TERTIUM dicendū, qđ grauitas illa loquitur de profectu meriti, qđ patet ex alia glossa, quæ ibidem dicit: Quidā asserunt post mortē crescere, & decrescere merita, vt intelligatur quod nihil proficiunt amplius in cognoscendo. Vt sint maioris meritū, vel p̄missi, vel quod limpidior cognitio eis debeat: non autē sic quod nihil prius ignotum postea cognoscant. Constat enim, quod pœnæ inferni, quas nunc non cognoscunt, tunc cognoscant.

AD QVARTUM dicendū, qđ Philo. in 3. de Anima, non loquitur, nisi de intellectu corporei conuincto, alias consideratio de intellectu ad naturalem non pertinet.

AD QVINTUM dicendū, qđ quantum ad eandem sit natura anime ante mortē, & post mortem, quantum ad aduocem speciei: tamen non est idem modus operandi, & p̄ consequens, nec idem modus operandi.

AD SIXTUM dicendū, qđ in aia separata remanet potentia intellectuālis, & intellectus agens, & possibile: h̄mōi enim potentia non cauatur in anima ex corpore, quamuis in anima corpore vnita existētēs aliquem ordinē habeant ad corpus, quæ non habebunt in anima separata.

AD SEPTIMUM dicendū, qđ Philo. loquitur de intellectu re quod

Cō. 14. to. 2.

Cō. 14. to. 2.

re, quod nunc nobis cōpetit in ordine ad phantasmata. hoc enim impeditur impedito organo corporali totaliter, & corrumpitur eo corrupto.

Ad OCTAVVM dicendum, q̄ eadem potentia in intellectu, quā nunc sunt in anima, erunt in separata: quia sunt naturales, naturalia autē oportet manere, quamvis nunc habeant ordinem ad corpus, quem tunc non habebunt, vt dictum est.

AD NONVM dicendū, q̄ potētia intellectiua remanent in aīa separata, & ex parte illa, qua radicant in essentia animae, & ex parte illa qua cōparantur ad actum: nec oportet qd̄ habitus illi, qui in corpore sunt acquisiti, destruantur, nisi forte s̄m opinionem praetactam, quē dicit, quod nulla species remanet in intellectu, nisi dum actu intelligitur, dato etiā quod habitus illi non remaneret, remaneret potentia in intellectu ordinata ad actus alterius modi.

AD X. dicendū, q̄ anima post mortem intelligit per aliquas species. Potest quidem intelligere per species quas in corpore acquisiuit, quamvis ille vs̄ quea que non sufficiant, vt tangit obiectio.

Alia autem duo concedimus.

AD XIII. dicendum, q̄ infusio donorum gratuitorum nō pertingit ad eos, qui sunt in inferno: sed eorum quae ad statum naturae pertinent participatione nō priuantur, nihil enim est vniuersalis boni participatione priuatum, vt Dionysius dicit in 2. ca. Coelest. Hierar. praedicta autem specierū infusio, q̄ fit in separatione aīa a corpore, pertinet ad conditionē naturae substantiae separatae, & ideo h̄mōi infusione, nec animae damnatorum priuantur.

AD XI. dicendum, quod Augu. in verbis illis intendit ostendere quomodo anima sibi circumponat corporalium rerum similitudines, vt quandoque se aestimet esse corpus, vt patet in opinionibus antiquorum Philof. Quod quidem ex hoc cōtingere dicit, quod anima intenta corporibus per sensus exteriores ad ea afficitur, ratione cuius ipsa corpora ad se introducere nititur, quantum possibile est. eūm autem ipsa sit incorporea, non potest ad se ipsa corpora introducere: sed similitudines corporum introducit, quare in regione incorporea naturae, dum formae existentes in imaginatione sunt absque materia, nondum tamen pertingūt vs̄que ad regionē incorporea naturae, propter hoc quod nondum sunt ab appendicijs materiae absolutae. has autem similitudines dicitur rapere, in quantum eas quasi subito a sensibilibus abstrahit: dicitur autem conuoluere eas, in quantum eas simpliciter, vel in quantum eas componit, & diuidit. In semetipsa autem eas facit, in quantum in potentia animae, s. imaginatiua recipiuntur, de semetipsa autem eas facit: quia ipsa anima est, quae huiusmodi imaginatio nes in seipsa format, vt Ly de, denotet principium efficiens. Et ideo subiungit, quod anima quiddam substantiae suae dat formādis huiusmodi speciebus; quia scilicet aliqua pars animae in substantia eius radicata, huius formationis imaginum officio deputatur. Quia vero omne, quod iudicat de aliquo, oportet ab eo esse liberum, rōne cuius intellectus factus est purus, & immixtus, vt omnia iudicet s̄m Philof. ideo ad hoc, quod anima iudicet de talibus imaginibus, quod non sunt ipsae res, sed rerum similitudines, oportet esse aliquid in anima superioris, qd̄ istis imaginibus non occupatur, & hoc est mens q̄ de talibus imaginibus iudicare potest. Nō tamen oportet, quod mens de solis his imaginibus

A iudicet: sed etiam de his, quae nec sunt corpora, nec corporum similitudines interdum iudicat.

ARTICVLVS II.

Utrum anima separata possit singularia cognoscere.

SECVNDO quaeritur, vtrum anima separata singularia cognoscere possit. Et vs̄, quod non, quia si non cognoscit singularia, aut hoc est per species concreatas, aut per species acquisitas: non autē per acquisitas: quia in parte intellectiua animae non recipiuntur species singulares, sed vniuersales, & hoc solum animae genus separatur a corpore, sicut perpetuum a corruptibili s̄m Philof. similiter nec per species concreatas: quia cum singularia sint infinita, oportet ponere infinitas species concreatas, quod est impossibile. ergo aīa separata singularia non cognoscit. sed dicendum, quod cognoscit singularia per speciem vniuersalem.

¶ 2 Sed contra, Species indistincta non potest esse distinctae cognitionis principium: sed species vniuersalis est indistincta, cognitio autem singularium est distincta cognitio. ergo per species vniuersales aīa separata singularia cognoscere non potest. Sed dicendum, quod aīa separata ad praesentiam singularis conformatur se singulari, & sic illud cognoscit.

¶ 3 Sed contra, Quod singulare est praesens animae aut aliquid a singulari transit in animam, aut nihil. Si aliquid, ergo anima separata aliquid a singularibus recipit, quod absolum vs̄: si autem nihil, ergo species in anima existentes remanent cōdes, & sic per eas non potest aliquid singulare cognosci.

¶ 4 Praet. Nihil existens in potentia educit se de potentia in actum: sed anima cognoscitiua est in potentia ad res cognoscibiles. ergo ipsa non potest se educere in actum, vt ipsamet eis se conformet, & ita videtur quod anima separata singularia non cognoscat apud singularium praesentiam.

SED CONTRA est, quod Luc. 16. est quod diues in inferno cognouit Abraham, & Lazarum, & de fratribus suis adhuc viuētibz notitiam retinebat. ergo anima separata singularia cognoscit.

¶ 2 Praet. Dolor non est sine cognitione: sed anima ex igne, & alijs pēnis inferni dolorem sustinebit. ergo singularia cognoscat.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, anima separata duobus modis cognoscit, vno modo per species sibi intulas in ipsa separatione: alio modo per species, quas in corpore accepit. Et quantum ad primum modum attribuenda est aīa separatae cognitio similis angelicae cognitioni. vnde sicut angelus singularia cognoscit per species concreatas, ita & aīa per species ipsas sibi in ipsa separatione inditas. Cum. n. idez in mente diuina existentes sint factrices rerum, quantum ad formam, & materiam, oportet quod sint eorum exemplaria, & similitudines s̄m vtrumq; . Vnde per eas cognoscitur res non solum s̄m naturam gnis, & speciei, quae penes principia materialia sumitur: sed et s̄m suā singularitatem, cuius principium est materia Formae autē mentibus angelicis cōcreata, & quas aīa in sua separatione adipiscuntur, sunt quaedam similitudines idealium rationum, quae sunt in mente diuina, ita quod sicut ab illis ideis effluūt res, vt subsistat in forma, & materia, ita effluūt species in mētibus creatis, q̄ sunt cognoscitiuae rerū, & quantum ad formam, & quantum ad materiam, & quantum ad naturam vniuersalem

Sum. art. 8. ad 2. q. 2.

Prima materia.

1. p. q. 85. ar. 4. c. 4.

1. p. q. 85. ar. 4. c. 4.

2. de Anima tex. 2. & 22. tom. 5.

Art. praed.

versalem, & quantum ad singularia. Et sic per huiusmodi species anima separata singularia cognoscit. Species autē, quæ sunt acceptæ a sensibus, sunt similes rebus sicut hoc tantum, quod res agere possunt, & hoc est sicut formam. Et ideo per eas non possunt singularia cognosci, nisi forte in quantum recipiuntur in alia potentia utente organo corporali, in qua quodammodo sunt materialiter, & sic particulariter recipiuntur. In intellectu vero, qui est omnino a materia immunis, non potest esse nisi principium universalis cognitionis, nisi forte per quandam reflexionem ad phantasmata, a quibus intelligibiles species abstrahuntur. Quæ reflexio post mortem corruptis phantasmatibus esse non poterit. poterit tamen anima huiusmodi universalis ad singularia applicare, quorum notitiam per aliam cognitionem habet.

Ad primum ergo dicendum, quod anima separata non cognoscit singularia per species, in corpore acquisite, nec per species concreatas: sed per species sibi inditas in separatione, nec tamen oportet, quod tunc species infinitæ infundantur ad singularia cognoscenda, tum quia singularia, quæ ab ea sunt cognoscenda, non sunt actus infiniti: tum quia per unam similitudinem potest a substantia separata omnia individua illius speciei cognosci, in quantum illa similitudo speciei efficitur uniuscuiusque, singularia propria similitudo sicut proprium respectu ad hoc, vel illud individuum, sicut & de angelis dictum est, in quodammodo de angelis, & sicut patet de essentia divina, quæ non solum in individuum unius speciei: sed omnium entium est propria similitudo, secundum diversos respectus ad diversas res.

Ad secundum dicendum, quod species illæ quibus anima separata cognoscit singularia, quæ sunt in se immateriales, & ideo universales: tamen sunt similitudines rei, & quantum ad naturam universalem, & quantum ad naturam singularem. Et ideo nihil prohibet per eas singularia cognosci. Alia concedimus.

QVÆSTIO XX.

De scientia animæ Christi.

In sex articulos divisa.

- ¶ Primo, Vtrum in Christo sit ponere scientiam creatam.
- ¶ Secundo, Vtrum anima Christi videat verbum per aliquem habitum.
- ¶ Tertio, Vtrum Christus scientiam aliam habeat de rebus, quam illam qua cognoscit res in verbo.
- ¶ Quarto, Vtrum anima Christi in verbo sciat omnia, quæ scit verbo.
- ¶ Quinto, Vtrum anima Christi sciat omnia illa, quæ Deus potest scire.
- ¶ Sexto, Vtrum cognitione illa qua anima Christi scit res in propria natura sciat omnia.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in Christo sit ponere scientiam creatam.

3. p. 1. q. 4. 1.



QVÆSTIO Est de scientia animæ Christi. Et primo queritur, vtrum in Christo sit ponere scientiam creatam. Et videtur, quod non. Scientia enim est perfectio scientis: omnis autem perfectio nobilior

est perfectibili, si ergo Christus est sciens secundum aliquam scientiam creatam, aliquid creatum erit anima Christi nobilior, quod videtur inconueniens.

¶ 2. Præter. Operatio non attribuitur nature, sed hypostasi, sunt enim operationes suppositori, & particulari: sed personæ Christi sufficit ad intelligendum scientiam increata. ergo superfluum est in ipso ponere scientiam creatam.

¶ 3. Præter. Quanto aliquid est nobilior, tanto est Deo similior: sed anima Christi est nobilior quam calor corporalis. Cum igitur calor corporalis agat sine medio, & in hoc sit Deo similior, quod sine medio operatur, videtur quod multo fortius anima Christi intelligat, non mediante aliqua scientia creatam. Sed dicendum, quod operatio caloris ab intra procedit, operatio autem scientiæ ab extra, cum sit sicut motum a rebus ad animam. unde non est simile.

¶ 4. Sed contra. In operatione cognoscitiva non solum est receptio, sed iudicium de receptis: quibus autem receptio sit ab exteriori, iudicium tamen ab interiori procedit, ergo operatio scientiæ non omnino est ab exteriori.

¶ 5. Præter. Christus filius Dei non assumpsit aliquam imperfectionem, nisi quæ ad nostram redemptionem valebat: sed imperfectio scientiæ non valet ad nostram redemptionem. ergo imperfectio scientiæ non assumpsit. omnis autem creatura scientia ex hoc ipso, quod creata est, aliquid imperfectionis habet, ergo creatam scientiam non assumpsit.

¶ 6. Præter. Quilibet sapiens si habeat aliquam perfectissimam scientiam, sicut illam semper, & maxime est in actu, sed quicquidque est semper in actu consideratur non sicut perfectissimam scientiam, non indiget aliqua scientia minus perfecta: quia nunquam tamen eam consideraret, & sic frustra esset in eo. sed Christus semper est in actu consideratur omnia sicut perfectissimam scientiam, quæ est scientia increata. ergo in eo non est ponere aliam scientiam creatam.

¶ 7. Præter. Natura non facit per duo, quæ per unum potest facere, & multo minus Deus, qui ordinatus quantum natura operatur: sed Christus poterat fieri sapiens, si solum scientiam increatam haberet. ergo non est factus sapiens scientia creatam.

¶ 8. Præter. i. Corinth. 13. Cū venerit, quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est: plus autem est imperfectio scientiæ creatam in cōparatione ad scientiam increatam, quæ specularis visio in cōparatione ad visionem speciei. Si igitur in rationis perfectione visio fidei tollitur, ubi superuenit visio speciei, multo fortius tollitur scientia creatam in Christo, ubi fuit scientia increata.

¶ 9. Præter. Verbum unitum anime est ei magis intimum, quæ intellectus anime nostre, cum sit ei verbum unitum non solum per essentiam, præsentiam, & potentiam sicut ceteris creaturis, & per gratiam sicut illis, sed in ratione persone. sed anima nostra per potentiam intellectum intellegit, ergo anima Christi poterat esse sapiens per scientiam verbi, & ita non indigebat scientia creatam.

¶ 10. Præter. Scientia si est Christus habuit non est sibi data, nisi ad perfectionem eius: sed anima Christi vana verbo, & scientia creatam habens, non est nobilior quæ si soli verbo vniretur sine scientia creatam: quia creatura adiuncta Deo nihil addit bonitatis, sicut nec punctus additus lineæ facit eam maiorem. ergo in Christo non est ponere scientiam creatam.

SED CONTRA, est quod dicitur Luc. 2. Puer Iesus proficiebat sapientia &c. Constat autem quod non secundum sapientiam increatam proficere poterat.

In q6. de cognitione angelorum ar. 10. 10.